# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

# Prelacio r
## cum fontibus primis

Apud uiros bonos indigna ipsa sit dignitas quam multi indigni possident.

quamuis clarus honor uilescit in turba et apud bonos uiros indigna ipsa fit dignitas, quam multi indigni possident.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 66, 7, 2 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.655, ll.6-8).

Frustra enim se iactat habere dignitatem cuius non exhibet operacionem.

Ieronymus in quadam epistola.

Si sacerdotes de lege interrogetur, doceat nescientes, convincat resistentes: alioquin frustra jactat se habere dignitatem, cujus non exhibet operationem.

Martinus Legionensis, *Sermones*, 4, 9 (PL 208, col.191B).